

postea fuerunt publicata. Ita Bal. in d. l. leges. C. de legib. Bart. in l. q. Nerua. in 2. lect. nu. 19. ff. de positi. Alex. in conf. 65. col. 1. lib. 6. Paris. in conf. 49. nu. 47. lib. 1.

Extenditur secundò, vt locum etiam habeat hæc præsumptio in lege non scripta, id est in consuetudine: Nam & illa præsumitur cognita omnib. illis, qui eo in loco, vbi introducta est, habitant. Ita senserunt Bart. in extranag. ad reprimendum. in verbo, Non obstantib. in fine. Bald. in l. 2. in fin. C. quæ sit longa consuetudo. Ias. in l. præscriptione, num. 11. C. si contra ius, vel vtil. public. cum scripserunt, principem præsumi habere cognitã consuetudinem vulgatam locorum. Idem scripserunt Felin. in c. vlt. col. 1. de indic. in cap. super literis. col. 7. de rescriptis. & in c. cum contingat. col. pen. de foro cõpeten. & in c. 1. col. 2. vers. 3. amplia. de re iudic. Ioan. de Selua in tractat. de benefic. in 3. par. q. 12. nu. 18. Gomes. in c. 1. num. 28. de constit. in 6.

Extenditur, vt locum habeat etiam in edicto & magistratus, quod vbi iam promulgatum, & publicè propositum fuit, sic etiam præsumitur omnibus cognitum. Ita Lucas de Penna in l. 3. in 47. præsump. C. de apochis public. lib. 10. per tex. S. omnem. in Authen. de litig. & c. ita dominus. 19. dist.

Declaratur primò, vt locum non habeat hæc præsumptio in forensi. & qui vt exterus præsumitur ignorare leges illius ciuitatis, vbi reperitur. sicuti docuit Bar. in l. cunctos populos. num. 21. C. de summa Trinit. & fid. Cathol. cum dixit, forenses excusari à delicto commisso contra leges ciuitatis, quando ita diu versatus nõ est in ciuitate, vt verisimiliter scire non potuerit legis dispositionem. Et Bart. secuti sunt ibi Bal. & Ias. nu. 34. & idem Ias. in conf. 83. num. 2. lib. 1. & Gram. in conf. 25. num. 2. in crim. Hinc Corn. in conf. 64. in fine. lib. 3. respondit, notarium forenses excusari, si aduersus loci statuta recepit instrumentum, cum statuti ignarus præsumatur.

Hinc quoque responderunt multi, forenses & receptatam bannitum excusari, ob id, quod præsumitur ignorare banni publicationem in ciuitate factam. Ita sanè Bal. in l. nostram, in fine. C. de testam. Alex. in conf. 65. col. 2. lib. 3. Ias. in l. is potest. num. 38. ff. de acq. her. & in conf. 46. col. 2. & in conf. 53. col. 7. vers. quinto facit. lib. 3. Decius in conf. 222. num. 5. & Plotus in repet. l. si quando. num. 859. C. vnde vi. Et ij omnes hanc declarationem intelligunt in forensi, qui diu non sit versatus, vel habitauerit eoin loco, secus est in diu versato, & antiquo incolato, cum non ipsa ciuitas, sed ipse incolatus, & conuersatio, in causa sit præsumptionis scientia, vel ignorãtia, vt colligitur ex c. quanto. & cap. quosdam. de præsump. Hinc fit, quod ciuis nouus excusatur, si quid aduersus ciuitatis leges admittit, cum tanquam nouus illas ignorasse præsumatur. Ita Bal. in l. data opera. col. 7. C. qui accus. non poss. Rom. in conf. 228. col. 2. Curt. Iun. in conf. 19. nu. 5. & alios multos congeffit Boer. in q. 260. nu. 2. & alia egregiè scripsit Tiraq. in tract. de pœnis legum. causa 10.

Declaratur secundò, vt nõ procedat hæc præsumptio in muliere, & que præsumitur ignorare legum dispositiones. Ita in specie docuit Luc. de Pen. in l. 3. col. 8. vers. 105. præsumitur, cum subsequenti. C. de apochis. publ. lib. 10. motus ex l. legem. ff. de iuris, & facti ignor. & ex S. 1. in Auth. de incestis nupt. Idem probant leg. cum de indebito. S. si autem. ff. de probat. & l. regula. S. 1. ff. de iuris, & facti ignor. & post Castr. in conf. 131. Licet ista. Dom. Lisa. in fi. lib. 1. respondit Dec. in conf. 351. in fin. Idem censuit Gramm. in decis. 76. nu. 10.

Declaratur tertio, vt non procedat hæc præsumptio & quo ad damnum, & odium tertij. Nam quo ad illum nõ præsumitur quis scire legis, vel statuti dispositionem. Ita declarat Alc. in tract. de præsump. reg. 3. præf. 31. col. 1. vers. cum ergo lex, qui aliquot similibus comprobatur.

Declaratur quartò, vt locum non habeat hæc præsumptio in lege extranaganti, quæ non est publicè nota. Nam & illam quilibet ignorare præsumitur. Ita Bald. in l. leges sacratissima. C. de legib. & Alciat. in d. præsump. 31. ad finem.

Leges præsumi esse de præcepto, non autem de consilio.

S V M M A R I V M.

- 1 Lex de præcepto esse præsumitur.
2 Lex quando de consilio esse dicatur.

P R A E S V M P T. IV.

Memor sum me aliqua de lege præcepti, & de lege consilij discernisse in commentarijs de arbitrarijs iudicium. lib. 2. casu 380. Caterum dubitari nunc contingit, an in dubio lex præsumatur esse de præcepto, vel de consilio? Et præsumi esse de præcepto, sensit Arch. in cap. vlt. s. vlt. dist. 4. Cum dixit, quod tunc tantum lex est de consilio, & quando id in ea exprimitur, vel cum alia ratio euidentis cogit sic intelligere. Cum ergo sumus in dubio, lex non creditur, atque ita non præsumitur esse de consilio. Hanc sententiam apertius probauit Christoph. Castellione. in sua disput. quæ incipit, statuto ciuitatis Papie col. 3. in princ.

Lex an lata præsumatur, vt etiam liget filios & heredes principis?

S V M M A R I V M.

- 1 Lex Principes non dicitur ligare.
2 Lex lata à subditis principis, non ligat principis filios, & quæ sit ratio. num. 3.
Id autem quando non procedat. num. 4.
Lex ab ipso principe lata, quibus in casibus nec proprios principis filios liget.
Par in parem non habet imperium.
Potestate cessante, de voluntate vna est disputatio.
Lex à principe lata, casu quo liberè statuere potest, an filios obligari voluerit, ad coniecturas recurrimus.
Princeps vnus sine consensu alterius legem condens, non obligat non consentientem.

P R A E S V M P T. V.

Vbitati solet, an lex præsumatur lata, vt liget principis filios, sicuti nec principes ipsos & ligare dicitur, l. princeps. ff. de legibus. Hac in re soleo distinguere tres casus.

Primus est casus, quando & lex lata fuit à subditis ipsius principis, sicuti à populo, qui statuta pro cõmodo & vtilitate ciuium condit. Hoc in casu, statuta sicque leges hæc municipales, non ligant filios principum, quandoquidem & ciues, & subditi tanquam inferiores, non possunt statuere cõtra principem suum, & eius filios. sicuti respondit Card. Zabarella in conf. 2. ad finem, cum dixit, statuta edita à Ferrariensib. non potuisse ligare filios Marchionis, nunc Ducis Ferrariæ. Et idem scripserunt Bald. in Auth. quibuscumque. num. 5. C. de sacros. eccles. & in l. 1. S. similitque modo. num. 1. C. de latina libe. tollen. Felyn. in c. 1. nu. 54. vers. 4. declaratio. de constit. & cap. 1. de rapto. Et his accedunt Imol. inc. graue. col. 2. vers. item quod consilium de præben. Brunus in tract. Quod stantibus masculis feminæ non succedant. artic. 6. num. 67. & idem in suo repertorio in verbo, ligat. Curt. Iun. in l. 1. num. 11. ff. quod quisque iuris. Tiraq. in tract.

tract. de retractu consang. S. 1. glo. 3. nu. 38. Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis. q. 83. & doctissimus Pancerolus in conf. 1. nu. 98. Et hos secutus sum in conf. 250. nu. 54. lib. 3. quod rñsum reddidi pro Illustrissimo & Reuerendissimo D. D. Cardinali Estense, ibiq; rationibus, & argumentis permultis cõprobauit, & in cõf. 351. lib. 1.

Horum autè traditio intelligitur, nisi princeps, vel eius filij vt vellent statutis ipsis, quia tunc sicuti cõmodo eorum frui volunt, ita & ad incommoda per ea ligabuntur, vt declarat Brunus in d. art. 6. nu. 67. post Bald. in l. 4. C. ad l. Falcid. quos secutus sum in d. conf. 250. num. 62. lib. 3. vbi alios retuli. Et hoc in casu non est necesse disputare, an præsumatur ciues hos voluisse ligare principum filios, posteaquam cessat potestas.

Secundus est casus, quando lex, vel statutum est ab ipso principe editum, de his rebus tamen, de quibus etiam speciali ipsa dispositione non posset disponere, in præiudicium filiorum suorum, vel successorum in principatu, vt puta si statueret, qd secundogeniti, non succederent in aliquo feudo, quod aliqui concessum fuisset pro se, & filijs, & descendentibus masculis, vel quod filijs nulla esset præstanda legitima, nisi vt ipsi patri placeret, vel quod filia posset dotari pro libero suo arbitrio. Hoc sanè casu non ligat filios ipsos. Nam quo ad proprios, sicuti speciali dispositione nõ potuisset ipse princeps patet, eis præiudicium asserere, multò minus dispositione generali. Quo verò ad filios principum successorum, ligari etiam non potuerunt, quia par & in parem non habet imperium. l. ille à quo. S. tempestiuum. ff. ad Trebell. Et hoc etiam casu, necesse minimè est disputare, an princeps iste præsumatur voluisse ligare filios suos, & principum successorum, cum disputandum non sit de voluntate, quando & cessat potestas. Ita respondi in d. conf. 330. num. 43. & num. 94.

Tertius est casus, quando princeps legem promulgauit & de his, de quibus potuisset liberè statuere, & disponere in præiudicium suorum, ac etiam successorum in principatu. Hoc in casu admissa hac potestate dispiciendum est, de voluntate, an scilicet præsumatur voluisse ligare hos filios? Et hac in re recurrendum est ad coniecturas, quemadmodum recurrit Rol. à Valle in conf. 86. nu. 62. 63. & alijs subsequentibus lib. 1. Qui quidem considerat primam coniecturam, quando princeps edit legem, vel statutum, vt tollantur lites, & discordiæ, pro bono pacis, & concordia. Hæc enim causa multò magis militat in filijs ipsorum principum, quorum discordia & contentiones, plus detrimenti asserere possunt ciuitati & ditioni, quàm illæ subditorum. Considerat & secundam coniecturam Roland. ibid. num. 67. Quando statutum esset editum, vt bona in agnatione, & familia conseruentur. Hæc sanè ratio & causa, multò magis cõuenit filijs principum, quam priuatorum.

Quartus est casus, quando & duo sunt principes, & domini, & eorum vnus sine consensu alterius tulit legem. Hoc sanè casu certum est, legem hanc non ligare illum non consentientem; quia par in parem (vt diximus supra) non habet imperium, & scribit Felin. in c. q. super his, de maior. & obed. & Puteus in decis. 195. lib. 5. qui affirmat, fuisse decisum à Rota Romana, legem vnus, ex condominis, non ligare alterum condominum, nec eius bona. Et propterea si bona illa transirent ad heredem extraneum, illum non ligari ea lege, respectu bonorum, quæ iam dicuntur exempta à lege illa.

Quintus est casus, quando & duo sunt principes, & domini, & eorum vnus sine consensu alterius tulit legem. Hoc sanè casu certum est, legem hanc non ligare illum non consentientem; quia par in parem (vt diximus supra) non habet imperium, & scribit Felin. in c. q. super his, de maior. & obed. & Puteus in decis. 195. lib. 5. qui affirmat, fuisse decisum à Rota Romana, legem vnus, ex condominis, non ligare alterum condominum, nec eius bona. Et propterea si bona illa transirent ad heredem extraneum, illum non ligari ea lege, respectu bonorum, quæ iam dicuntur exempta à lege illa.

Quartus est casus, quando & duo sunt principes, & domini, & eorum vnus sine consensu alterius tulit legem. Hoc sanè casu certum est, legem hanc non ligare illum non consentientem; quia par in parem (vt diximus supra) non habet imperium, & scribit Felin. in c. q. super his, de maior. & obed. & Puteus in decis. 195. lib. 5. qui affirmat, fuisse decisum à Rota Romana, legem vnus, ex condominis, non ligare alterum condominum, nec eius bona. Et propterea si bona illa transirent ad heredem extraneum, illum non ligari ea lege, respectu bonorum, quæ iam dicuntur exempta à lege illa.

Iuris, vel iuris communis mentione facta, in rescripto, statuto, vel aliqua dispositione, de quo iure sensisse præsumatur, atque intelligatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Princeps iuris mentionem faciens, in dispositione aliqua, veluti

privilegio, vel rescripto, intelligitur de iure à se condito.

Rex faciens mentionem iuris, præsumitur sensisse de iure regio.

Episcopus mandans aliquid fieri secundum formam iuris, intelligitur de iure à se condito.

Verba intelligi debent secundum qualitatem, & conditionem personæ loquentis.

Princeps non præsumitur leges à se conditas non velle obseruari.

Princeps inferior, mentionem faciens iuris, quo casu de statuto tantum intelligatur. & num. 7.

Et quo casu intelligatur de consuetudine. num. 8. & 11.

Ius commune interpretatum à consuetudine, est idem quod ipsa consuetudo interpretans.

Maritus promittens dotem restituere, casu quo de iure restitui debeat, intelligitur de iure consuetudine approbato, & interpretato.

Statuto stante vt in casibus non determinatis lege municipalis, recurratur ad ius commune, quomodo id intelligendum, & num. 13.

Decreta principis, dicuntur ius commune ciuitatis.

P R A E S V M P T. VI.

Præsumptio fieri solet mentio iuris, vel iuris communis in rescripto, statuto, vel alia dispositione, & dubitant Doctores nostri, de quo iure illi rescribentes, vel statuentes, & disponentes, sensisse, atq; intellexisse præsumantur. Crediderim esse distinguendos aliquot casus, vt interpretes perplexè, & obscure loquentes facilius intelligantur.

Primus est casus, quando princeps ipse supremus sua aliqua in dispositione, vtputa lege noua, privilegio, vel rescripto alia vè simili, mentionem iuris simpliciter facit, vt si rescripsit, quod secundum ius causa diffiniatur. Hoc sanè casu intelligitur secundum leges, & ius à se conditum. Ita sanè Iustina. in S. sed ius quidem. vers. sed quoties. in instit. de iure natur. gent. & ciuili. cum dixit, quoties fit mentio iuris intelligitur de ipso iure Romanorum, quod dicitur ab ipso Imperatore Romano conditum. Et in specie sic interpretando d. vers. sed quoties, scripsit illo in loco Modernus Hispan. quem recenset Gomes. in institut. de actio. in princ. num. 42. vers. tamen iste. Et ipse Gomes. ibid. num. 42. in fine. idem sensuit. Et simile est, quando Rex & mentionem iuris fecit, præsumitur sensisse de iure suo Regio, vt scribunt Bald. in c. cum venissent, de eo, qui mittitur in poss. causa rei serua. Ias. in l. stipulatio ista habere licere. S. 2. quoque. in 6. notab. de verbor. oblig. Dec. in l. & in militib. nu. 4. C. de testam. milita. Gomes. præcitato in loco, & Crauet. in conf. 45. num. 7. lib. 3. Huc facit tex. iuncta gloss. ibi in c. 1. in fin. vt lite non contest. vbi si princeps in rescripto se refert ad ius, intelligitur ad ius suum speciale & proprium, non autem ad aliud ius. Et illo textu adducti sic scripserunt, Abb. in rubric. de consuet. Ias. in repet. l. omnes populi. num. 24. ff. de iustit. & iure. Et simile respondit Anchar. in conf. 17. In quæstione, quæ vertitur, cum dixit, quod si & episcopus iubet aliquid fieri secundum formam iuris, intelligitur de statutis, & sic de iure à se condito. Et sequitur Socin. Sen. in conf. 81. col. 3. vers. ad hoc etiam adduco. lib. 1. Ita etiam Bald. in conf. 371. in. vol. col. 2. lib. 5. respondit, si pacto conuentum est inter dominum ciuitatis, & subditos, quod in successione obseruentur iura, intelligitur de iuribus municipalibus ab ipso domino latis. Et huius sententia: ea est ratio, quia verba & intelligi debent secundum qualitatem, & conditionem personæ loquentis. l. si miles vnus. ff. de testam. militis. Et præterea, quia non præsumitur principem & ipsum nolle leges à se conditas non obseruari. arg. l. Arriani. C. de heret.

Secundus est casus, quando inferior & atq; ita subditus

Secundus est casus, quando inferior & atq; ita subditus

Secundus est casus, quando inferior & atq; ita subditus

Secundus est casus, quando inferior & atq; ita subditus



tus principis, mentione iuris facit, & eo de casu, in quo mentio iuris facta est, nil statuit ius commune, sed statutum tantum. Hoc sane casu iuris mentione sic faciens, præsumitur intellexisse de ipso statuto, non autem de iure cõi. Est manifesta ratio, quia ius aliquod cõe ea de re non extat. Exemplum est. Statuto indicitur pœna extrahenti annonam è ciuitate. Iure verò communi nulla est imposita pœna. Si ergo accusator petijt eum, quem accusauit extraxisse condemnari in pœnam iuris, intelligitur de pœna statuti, cum ius commune nullam imponat. Ita Bald. in l. vnica. num. 48. C. de confessi. quem secuti sunt Caccialupus in l. omnes populi. num. 4. vers. facit, etiam quod idem. ff. de iust. & iure. & ibid. Iason in l. lecura. nu. 5. & in 2. nu. 14. vers. facit quod vult, quo quidem in loco affert Iason rationem illam leuem, quod libellus debeat intelligi secundum intentionem libellantis. idem Ias. in conf. 149. col. 4. vers. ex eodẽ lib. 2. Eandem traditionem probauit Brun. in tract. Quod stantibus mascul. art. 5. nu. 64. & Blancus in tract. de compromissis, q. 1. nu. 19. vers. idem Bald.

7 Tertius est casus, qñ inferior à principe, & sic subditus facit mentionem iuris, & ea in vrbe, vel loco extat lex municipalis diuersa, vel contraria iuri communi, vel legi ipsius principis. Hoc etiam casu præsumitur, quod intellexerit de iure ipso municipalis. Ita Bald. in l. illa institutio. ff. de hæ. instit. Cum dixit, quo si compromissum est in arbitros qui de iure, & de facto, & de iure tantum pronunciare possint, præsumitur, quod compromittentes intellexerint de iure municipalis, & statuario. Idem scripserunt Butrius in c. quinta uallis. in fine. de iure iur. Abbas in rubr. de consuet. Alex. in l. post dotem. ff. soluto matrimonio. Soc. Sen. in conf. 9. nu. 19. lib. 1. Iason in conf. 149. col. 4. vers. 3. facit. lib. 3. Cur. Sen. conf. 47. super controuersia. col. vlt. Barbat. in conf. 66. col. 3. lib. 3. Brun. in tract. Quod stant. mascul. art. 5. nu. 60. & alios plures refert Blancus in tract. de compromissis. quæst. 1. nu. 19. vers. istam autem.

Et hæc quidem sententia mihi probatur, cum ius ipsum commune correctum à statuto, dici minime possit ius in ea ciuitate. Quocirca reiicienda est opinio eorum, qui à Baldo dissentiunt, vt Guliel. Io. Andrea, Ang. Alberi. & Cardin. quos recenset Ias. in repet. d. l. omnes populi. nu. 22. quo in loco nu. 25. vers. non omitto tamen, recenset distinctionem Roma. in rubr. ff. de arbit. q. 15. Hæc tamen recepta opinio intelligitur, vt attigi, quando extat statutum iuri communi contrarium, secus verò si statutum nullum extat. Nam tunc intelligitur compromissum, vt secundum ius commune arbitri pronuncient. Ita intelligo, & declaro Blancum in d. tract. de compromissis. q. 1. nu. 19. vers. contrariam &c. & præterea idem Blancus in d. q. 1. nu. 23. declarat non procedere, quando compromittentes ignorarent statuta loci. Nam tunc præsumitur eos sensisse de iure communi. Est etiam simile, quod docuit idem Bald. in l. maximum vitium. col. 6. vers. vlt. quæritur. C. de liberis præter. quem refert, & sequitur Ias. in d. repet. l. omnes populi. nu. 24. vers. ego addo, cum dixit quod si extet statutum, quod pater teneatur relinquere filiis quintam partem bonorum, pro eorũ legitima, quæ olim erat quarta, & hodie triens, Auth. nouissima. C. de inoffic. test. & alio statuto sit cautum, quod si pater nõ relinquat filiis plenam legitimam, testam sit ipso iure nullum, cum tñ de iure communi valeret, licet posset peti supplementum. l. omnimodo. C. de inoffic. test. an istud vltimum statutum intelligi debeat loqui de legitima secundum ius cõe, vel secundum aliud statutum. Et debere intelligi legitimam secundum statutum, scripserunt Bald. & reliqui à Iasone commemorati. Blancus vbi supra. Huc etiam pertinet qd̃ Bal. in l. sed etsi quis. §. quæsitum. in ff. si quis cautio. dixit, q̃ is, qui renunciauit omni iuris auxilio præ-

sumitur intellexisse de auxilio statuti. Et Bal. secuti sunt Caccialupus in d. l. omnes populi. num. 4. in fin. & ibid. Ias. in repet. num. 23. Idem responderunt Rom. in conf. 251. num. 3. & Ias. in consil. 149. col. 4. vers. 4. facit. lib. 2. & Ruin. in conf. 51. num. 20. lib. 1. His intelligimus male sensisse Bald. in l. quicunque. C. de seru. fugit. relatum à Ias. in repet. d. l. omnes populi, nu. 21. vbi dixit, quod si statuto cautum sit fratrem excludere debere forem ab intestato, saluo quod debeat dotari, si contingit patrem testari, & instituere filium, & filiam in eo, quod eos de iure tangit, an intelligatur de iure communi, quo eque filius, & filia succedunt, vel de iure statuario, quo filia excluditur? Et inquit Bald. intelligi de iure communi, ad quod simpliciter se retulit. Et in specie à Bald. dissentit Ias. in d. repet. l. omnes populi. nu. 28. qui scripsit, dispositionem testatoris in dubio regulari à statuto, nõ autem à iure communi, vt scribunt Bar. & reliqui in leg. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & Castr. in consil. 72. Casus frequenter. lib. 1. & idem quod Ias. affirmat Soc. Sen. in conf. 51. num. 18. & num. 33. lib. 4. & Brunus in tract. quod stantibus masculis femina exclud. art. 5. quæst. 12. vers. ex prædictis colligitur. Qua de re dicemus infr. lib. 4. in præsumpt. vltima, vbi explicabimus, quando præsumatur testatorem voluisse, suam dispositionem esse debere legi conformem.

8 Quartus est casus, quado inferior à principe facit mentionem iuris, & nullum extat statutum, sed solum consuetudo iuris communis interpretatiua. Hoc in casu nõ est constituenda differentia, quod intelligatur de ipsa cõsuetudine, vel de ipso iure communi, cum ius commune i interpretatum à consuetudine, sit idem quod ipsa consuetudo interpretans. §. vlt. in Authen. de filiis antedotalia iustitiam. natis. Ita Bal. in l. constitutionibus. in fi. C. de bonis, quæ liberis, cum dixit, quod si maritus promisit restituere dotem in casu, i quo de iure debeat restitui, intelligitur de iure consuetudine approbato, & interpretato, secundum opinionem Martini in l. dos à patre. C. solut. matr. Et Baldum secuti sunt Castr. in d. l. constitutionibus. Butrius in d. c. quinta uallis. in fi. de iure iur. dum reprehendit Baldum in eo tantum, cum dixit, de iure communi, sentientes, q̃ si simpliciter dixit, de iure, intelligi debeat de iure consuetudine approbato. Idem quoque scripserunt Rom. & Alex. in l. post dotem. ff. solut. matr. & ibidem Ias. nu. 100. & idem Ias. in d. l. omnes populi. num. 24. & ibidem eo prius Caccialupus. num. 4. vers. facit etiam quod singulariter. Ita quoque Socin. Sen. in consil. 9. num. 19. lib. 1. Extenditur hic casus, vt locum habeat etiam, qñ facta est mentio iuris communis. Nam adhuc intelligitur de consuetudine interpretante ipsum ius commune, cum sit idem cum ipso. Ita Bald. in d. l. constitutionibus. in fine, quem in specie secutus est Castr. in conf. 129. statuta Pisana. num. 2. lib. 1. qui respondit, quod statutum Pisana, quo cautum est, quod vbi aliquis casus non reperitur statutis illius ciuitatis decisus, recurratur ad ius commune, intelligitur, quod recurratur ad hanc consuetudinem iuris communis interpretatiuam: Cum dicatur esse idem quod ipsum ius commune, ex quo est generalis consuetudo. Idẽ responderunt Ruin. in conf. 186. num. 8. lib. 2. Soc. Sen. in conf. 9. num. 29. vers. quinquimò plus. lib. 1. & Gozad. in conf. 90. nu. 17. qui quidem Gozad. alios eiusdem opinionis commemorat.

9 Quintus est casus, qñ sit mentio iuris, & extat consuetudo illius loci correctoria iuris communis. Hoc sane casu intelligitur i de ipsa consuetudine, cum ius commune sit abrogatum ea consuetudine, quæ dicitur ius non scriptum. Ita Soc. Sen. in d. conf. 9. nu. 19. lib. 1.

10 Sextus est casus, quando in ea ciuitate, in qua sit mentio iuris communis, non extat aliquod statutum, sed extat in ciuitate dominante, an mentio illa iuris communis

12 nis intelligatur de iure i communi Romanorum, vel de iure ciuitatis dominantis? Exemplum est in statuto ciuitatis Pisarum, quæ subdita est ciuitati Florentie. Est eo statuto cautum, quod illis in casibus, in quibus non est dispositum, & prouisum ab ipsis statutis Pisanis, recurratur ad ius cõe, an intelligi debeat de iure communi Romanorum, vel de iure cõmuni, idest de statutis Florentie. Extat & simile statutum hic Parauij sub rubr. de competentia iudicis, cuius verba hæc sunt. Et vbiq; deficerent statuta Padua, tunc sequi teneatur, & debeat formam iuris cõis, &c. Hoc in casu sunt opiniones. Vna fuit eorum, qui scripserunt, intelligi de iure cõi Romanorum. Ita sane in specie statuti loci Potestariae districtus Pisarum respondit Castr. in conf. 129. statuta Pisana, num. 3. lib. 1. cum dixit, statutum illud, quod recurratur ad ius cõe intelligi de consuetudine generali, quæ vbiq; locorum extat, & quæ ob id dẽ ius commune, secus est (inquit Castrensis) quando est consuetudo, vel statutum loci, quia illa non continentur appellatione iuris communis. Et apertius super statuto Pisano, sic respondit Soc. Sen. in conf. 271. num. 3. vers. sed in veritate, lib. 2. Et Socinum secuti sunt Dec. in consil. 429. num. 5. in conf. 469. num. 12. & in conf. 686. num. 5. Cephal. in consil. 14. num. 67. lib. 4. Bursatus in conf. 189. nu. 44. lib. 2. ij ambo de eadem facti specie interrogati, idem responderunt. Idem affirmat Mandosius in additionibus ad Rom. in conf. 218. Altera fuit opinio eorum, qui dixerunt, intelligi de statuto, & iure i ciuitatis dominantis, atque ita esse recurrendum ad statuta Florentina. Sic sane in prædicta specie respondit Rom. in conf. 218. nu. 3. & 4. Et illum secuti sunt Soc. Sen. in conf. 81. nu. 3. lib. 1. Ruin. Sen. in conf. 72. in fine, lib. 1. Gozad. in consilio 37. num. 3. & num. 13. Gratus in conf. 11. num. 12. lib. 2. Claudius Seyfilius in l. post dotem, nu. 3. ff. soluto matrimonio. Alcia. in l. pupillus, §. territorium, ff. de verbor. signific. Hieronym. Zanchus in l. hæredes mei. §. cum ita in nona parte, num. 29. ff. ad Treb. quo loci testatur hanc esse communem opinionem, & si male, & corrupte hac pro opinione recenset Castr. in l. si conuenerit. §. si nulla. ff. de pignor. actio. Corneum in conf. 151. lib. 3. Ferratum in conf. 105. & Crauet. de antiq. tempor. in quarta parte, qui quidem hac de re nihil scripserunt. Præter prædictos addo Iasonem in conf. 149. col. 4. vers. secundum notabilibus. lib. 2. & Curtium Sen. in consil. 47. super controuersia, col. vlt. qui ambo de eadem facti specie interrogati, declarando decretum antiquum Ducis Mediolani de tutelis decernendis, responderunt, quod etsi decretum diceret, tutelam debere decerni secundum ius cõe, nihilominus intelligi possit, secundum statuta, & alia decreta principis, cum illa i dicantur ius commune ciuitatis. Et Iasonem, ac Curtium secutus est Plotus in l. si quando. nu. 377. C. vnde vi. Et hæc postremam opinionem secutus sum aliquando fretus auctoritate Zanchi, qui cõmunem asseruit, & Fulgosium vel verius Comensium in d. conf. 72. recensuit, quem aduertit, nil ad rescribere. Quocirca magis probatur prima illa opinio. Declarari tamen illa potest, vt non habeat locum quado ipso vsu, & obseruantia interpretata fuerunt illa verba, quod recurratur ad ius commune, vt scilicet intelligantur de iure ciuitatis dominantis. Nam tunc ab ea obseruantia recedendum non est. Ita in specie responderunt Soc. Sen. in d. conf. 81. num. 3. lib. 1. & in conf. 271. num. 13. lib. 3. Dec. in conf. 469. nu. 12. & Gozad. in consil. 37. nu. 13. Ita quoque Mandosius in additio. ad Rom. in d. conf. 218. & Serenissimam Rempubliam Venetiam sicam bis obseruasse, & iudicasse audiui. sic sane in causa Comitum Muzani Vicentini, & anno 1570. mensis Februarii in causa Horatii Beritini, & Ruberti Cattanei Lendenariensis. His declarari potest statutum prædictum Patavinum.

Dicta, & disposita in vna parte legis communis vel municipalis, & an quando præsumantur repetita in alia parte?

S V M M A R I V M.

- 1 Dicta, & disposita in vna parte legis, quando in alia repetita non censentur, & nu. 4. Et quo casu id non procedat. nu. 2.
- 3 Dicta, & disposita in vna parte legis, quando præsumantur repetita in alia, & nu. 5. & 8. Et quo casu id locum non habeat. nu. 6. & 7.
- 9 Præfatio legis si generalis sit, & lex specialis, generaliter tamen debet intelligi.
- 10 Dicta in lege interpretata, quando præsumantur repetita in interpretante, & quando non, nu. 11.

P R A E S V M P T. VII.

Disputatio est frequens, & utilis, an, & quando dicta, & disposita in vna parte legis, vel statuti, repetita præsumantur in alia parte? Qua in re vna cum Bart. in l. Prætor. §. eritq; nu. 1. ff. vi bonorum raptor. distinguendi, atque constituendi sunt aliquot casus.

Primus est casus qñ eadẽ lex habet plura capita, sub diuersis inserta orationibus. Et agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc sane casu i dicta, & disposita, atq; ita qualitas posita in vna parte, non præsumuntur repetita in alia parte. Ita Bar. in d. §. erit que. nu. 1. vers. primò casu. Floria. in l. quemadmodum. §. hæc verba. n. 3. ff. ad leg. Aquilia. Aret. in conf. 144. Vifa consultatione. col. vlt. vers. vnde tunc, & Soc. Jun. in consil. 29. nu. 9. lib. 1. Et ij quidem adducti sunt tex. l. 2. in princ. & d. l. Prætor. §. erit que. ff. vi bonorum raptorum.

2 Declaratur hic casus, vt habeat locum in qualitate extrinseca, qua qualificatur, seu modificatur dispositio, secus est in qualitate ac dictis, quæ respiciunt i solam declarationem obscuri sermonis. Quia tunc præsumitur etiam hoc casu facta repetitio. Ita declarat Aret. præcitato in loco.

3 Secundus est casus, i quando eadem lex habet plura capita, quæ sub vna eademque oratione inseruntur, & agitur de his, quæ ad facti narrationem pertinent. Hoc casu dicta, & disposita in vna parte, præsumuntur repetita in alia parte. Ita Bar. in d. §. erit que. num. 1. vers. aut inferunt sub eadem. Et Bar. secuti sunt alij, quos referam infra in quarto casu, & in specie Florianus in dict. §. hæc verba. nu. 3. & Aret. in conf. 144. in fine. Et adducti sunt text. l. 1. in princip. iuncta l. 3. §. ait Prætor. ff. de incend. ruina, & naufrag. Et arg. l. Scia. §. Caio. ff. de fundo instructo. instrumentum que legatis.

4 Tertius est casus, i quando eadem lex habet plura capita, & agitur de his, quæ ad iuris decisionem pertinent, ea verò quæ dicta sunt in præcedentibus, sunt contra ius commune, vel ab eo exorbitans. Hoc casu illa dicta, & disposita non præsumuntur repetita in sequentibus. Ita Bart. in d. l. Prætor ait. §. erit que. num. 10. vers. secundo casu. ff. vi bono. rpto. quem secuti sunt Florian. in dict. §. hæc verba. num. 3. Soc. Sen. in l. Gallus. §. & quid si tantum. nu. 20. ff. de liber. & posth. & in conf. 95. lib. 4. & Gozad. in conf. 9. num. 63. in conf. 19. num. 11. & in conf. 70. num. 3. Et ij quidem moti sunt arg. l. vxori. §. vxori. de leg. 3. Et rursus text. c. quæ à iure communi. de reg. iur. in 6. ac demum tex. l. quod verò. & l. in his. ff. de legi.

5 Quartus est casus, i quando eadem lex habet plura capita, & agitur de his, quæ non repugnant iuri cõi, nec ab eo exorbitant, & dubitatur, an dicta in præcedenti parte præsumantur repetita in immediatè subsequenti? Et præsumi repetita censuit Bart. in d. §. erit que. nu. 1. vers. si verò non exorbitant. quem secuti sunt Flor. in d. §. hæc verba. num. 3. Imola in conf. 145. nu. 1. Alex. in conf. 48. num. 9.